& occidua parte aer purpureum colorem induit: tunc cùm Sol vel occidit, vel emergit: quod eo tempore infirmi admodum atque imbecilles radij, obſcurum aerem percellant. Quin & mare purpureum ſeſe offert, cùm ſublati fluctus ſecundum impulſum, inclinationémque maris ſinum brantur: infirmi enim Solis radij ad maris ſubſidentiam coniecti, purpureum colorem oculis obiiciunt. Idem hoc euenire in auium pennis animaduertitur: extenſæ enim, atque explicatæ certo modo ad lucem, purpureum colorem reddunt. Quòd ſi minor lux affulſerit, in ζοφερὸν, id eſt, obſcurum abit, quem & Græci ὄρφνινον id eſt, opacum appellant. Quòd ſi liberaliter nigro primæ notæ conditum fuerit, puniceum euadit. Quòd ſi floridum, & coruſcans fuerit, in flammeum tranſmutatur. Nam quod dicimus, ſecundum mutuum temperamentum, colorum diuerſitatem efficit: ita accipiendum eſt, ceu ſi dicamus, ex ſubiecto & aſpectui noſtro propoſito colore, miſtionem fieri. Nec tamen ob id parem omnium generationem fieri putādum eſt: eſt enim proprium colorum munus, non ſimpliciter, ſed ad aliquam miſtorum rationem habere. Habet ſiquidem quempiam commiſtorū reſpectū: quemadmodum ſimplicia, quatenus ſimplicia ſunt, inuicem, atque inter ſe reſpectum habent. Neq. clarum. & perfectum eſt eodem in omnibus vtendum eſſe apparatu. Cùm enim de purpurei, vel punicei temperamento verba facimus, neceſſe eſt ex iis permiſtis, & diuerſum colorem facientibus, perſimilē generationem enarrare, nec tamen eandem ſpeciem & apparentiā tribuere. Quapropter aſſumendū, ac proſpiciendū eſt temperamentū ex eo qui præceſſit apparatu: ſicuti cùm color οἰνωπὸς, id eſt, vinoſus efficitur, ſi ſplendor aereus puro, ac minimè diluto nigro, eodémque coruſcanti cōtemperetur: quales botryorum acini, quorū planè color œnopus, id eſt, vinoſus agnoſcitur, cùm matureſcunt. Nam deinde nigreſcentes puniceum habent, quem poſtmodum in purpureum commutant. Dignum autem eſt obſeruatione, omnes colorum differentias ad eū modum fieri, quē ſubſcripſimus. Ex motu enim & trāſitu coloris in colorē dū cōmiſcentur, differentiæ variātur: & ſimilitudinē accipiunt ſecundū id, quod ſe offert aſpectui: atque ita in vnoquoque commiſtionem exæquant ex multis vnum colorum concentum reddentes, ita vt nullus cernatur, cernantur tamen omnes, per partes confuſas, ac permiſtas. Ex qua quidem concretione & contemperatione, vna ſpecies, vnuſque proſpectus euadit, qui colorum multitudini in vnam imaginem coaleſcenti fidem facit. Oportet autem hæc omnia in diſquiſitionem vocare,

non vt

καὶ δύσεις, ὁ ἀὴρ πορφυροειδὴς ἐστὶν, ὅτε φαίνεται περὶ ἀνατολὴν καὶ δύσιν ὄντος τοῦ ἡλίου. ἀσθενεῖς γὰρ οὖσαι τότε μάλιστα, πρὸς σκιερὸν ὄντα τὸν ἀέρα προσβάλλουσιν. φαίνεται δὲ καὶ ἡ θάλαττα πορφυροειδὴς, ὅταν τὰ κύματα μετεωριζόμενα, κατὰ τὴν ἔγκλισιν σκιασθῇ. πρὸς γὰρ τὸν ταύτης κλισμὸν, ἀσθενεῖς αἱ τοῦ ἡλίου αὐγαὶ προσβάλλουσαι, ποιοῦσι φαίνεσθαι τὸ χρῶμα ἁλουργές. ὃ καὶ ἐπὶ τῶν πτερωμάτων θεωρεῖται γιγνόμενον· ἐντεινόμενα γάρ πως πρὸς τὸ φῶς, ἁλουργὲς ἔχει τὸ χρῶμα. ἐλάττονος δὲ τοῦ φωτὸς προσβάλλοντος, ζοφερὸν, ὃ καλοῦσιν ὄρφνινον. πολὺ δὲ καὶ τῷ πρώτῳ μέλανι κραθὲν, φοινικοῦν. εὐανθὲς δ' ὂν καὶ στίλβον, εἰς τὸ φλογοειδὲς χρῶμα μεταβάλλει. κατὰ γὰρ τὴν πρὸς ἄλληλα κρᾶσιν, οὕτως ληπτέον, ἐξ ὑποκειμένου τεθεωρημένου χρώματος ποιοῦντας τὴν μίξιν, ἀλλὰ μὴ πάντων ὁμοίαν γένεσιν ποιοῦντας. ἔστι γὰρ τινὰ τῶν χρωμάτων, οὐχ ἁπλᾶ μὲν, λόγον δ' ἔχει πρός τινα τὸν αὐτὸν τῶν συνθέτων, ὅνπερ τὰ ἁπλᾶ πρὸς ἑαυτὰ, διὰ τὸ τὰ ἁπλᾶ πρὸς μίξιν ἑνὸς ἔχειν, καὶ μὴ εὔσημον ἐν τῷ παντὶ, καὶ περὶ τεθεωρημένων κατασκευάζειν ὁμοίως. τὴν γὰρ τοῦ ἁλουργοῦ ἢ φοινικοῦ κρᾶσιν λέγοντας, ἀνάγκη ὁμοίως τοῖς ἐκ τούτων μιγνυμένοις, καὶ ποιοῦσιν ἄλλην χρόαν, τὴν γένεσιν διηγεῖσθαι, καὶ ὁμοίαν ἔμφασιν ποιεῖν. διόπερ ἐκ τοῦ προκατεσκευασμένου ληπτέον καὶ θεωρητέον τὴν κρᾶσιν, οἷον ὅτι τὸ οἰνωπὸν χρῶμα γίνεται, ὅταν ἀκράτῳ τῷ μέλανι καὶ στίλβοντι κραθῶσιν αὐγαὶ ἠεροειδεῖς, ὥσπερ καὶ αἱ τῶν βοτρύων ῥᾶγες. καὶ γὰρ τούτων οἰνωπὸν φαίνεται τὸ χρῶμα ἐν τῷ πεπαίνεσθαι· μελαινομένων δὲ, τὸ φοινικοῦν εἰς τὸ ἁλουργὸν μεταβάλλει. κατὰ δὲ τὸν ὑποδεδειγμένον τρόπον, θεωρητέον πάσας τὰς τῶν χρωμάτων διαφορὰς, ἐκ κινήσεως τὴν ὁμοιότητα λαμβάνοντας κατ' αὐτὸ τὸ φαινόμενον, τὴν ἐν ἑκάστῳ μίξιν ὁμοιοῦντας, καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος, ἐν γενέσει τινὶ καὶ κράσει ποιούντων φαντασίαν, καὶ πίστιν προσφερομένους. δεῖ δὲ καὶ πάντων τούτων ποιεῖσθαι τὴν θεωρίαν,